

## Franckesche Stiftungen zu Halle

### Christen-Herrligkeit Von Ihrer Beruff- und Erhaltung/ Aus dem 8. 9. und 10. Verß deß 41. Capittels Esaiae beschrieben/ und In Volckreicher ...

Gilbert de Spaignart, Christian

Magdeburg, 1625

VD17 VD17 56:728289V

Tabula Mnemonica

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-229564

TABULA MNEMONICA  
VIRI

REVERENDO, PIETATE, ERU-  
DITIONE MERITISQUE IN CHRISTI  
ECCLESIAM SPECTATISSIMO

DN.

M. CHRISTIANO  
VOGLERO,

Archidiacono Johannitano Magde-  
burgico.

IN TEMPO EVSEBIES  
ET CHARITUM

Suspensa

*Ab ipso pie defuncto*

COLLEGIS, FAUTORIBUS,  
ET AMICIS.

*Ipsius Defuncti Dn. M. Christiani  
Vogleri.*



Magdeburgi, Typis Bezclianis. Anno 1625.

**F**esto Paschatos Anni 1598. & præter Textus Ec-  
 storum in hoc Officio explicavi, 1. Syracidem.  
 2. Oseam. 3. Ioelem. 4. Amos. 5. Obadiam. 6.  
 Epistolam ad Titum. 7. Tobiam. 8. Psalmum  
 27. Davidis. 9. 25. Caput Matthæi de extremo iudicio.  
 10. Ionam. 11. Micheam. 12. Nabum. 13. Historiam  
 Ezechiæ. ex 38. cap: Esaia. 14. Habacuc. 16. Histori-  
 am Lazari resuscitati ex 11. cap. Iohannis. 15. Histo-  
 riam Estheræ. 17. Epistolam Pauli ad Colossenses.  
 28. caput Exodi de Sacerdotali ornatu Aaronis: 51.  
 Psal. Dav. 116. Ps. Dav. 121. Ps. Dav. 127. 129. Psalmos  
 Davidis. 7. Novemb. An. 1619. in cepi Iobum. Psalm.  
 25. & Psal. 1. & Psal. 143. 14. Iulij Anno 1622. orsus  
 sum Iosua. 19. Octob. Anno 1623. orsus sum, Dei  
 gratia, librum Iudicum. 24. Iulij 1625. in cepi Pauli  
 Eberi **Sterbens Gebetlein.**

Anno 1598. 10. Iulij accessi ad alterum Matri-  
 monium, & nuptias celebravi cum pudica & hone-  
 sta virgine Barbara Schragen Christophori Schra-  
 gen Institoris & Civis hujus nostræ Republicæ figilia,  
 qui diem obiit post celebrationem nuptiarum 15. Iu-  
 lij ejusdem Anni.

Cum Deus, sicut scriptum est, sit vita & longi-  
 tudo dierum nostrorum, meo nomine ei gratias  
 ago, quod non solum vitam mihi usq; ad hunc diem,  
 inter varias ærumnas, privatas & publicas, paternâ  
 boni-

bonitate prorogaverit, sed etiam in Ecclesia patriæ  
meæ, & quidē isto in templo, in quo baptizatus sum,  
me ministrum sui verbi constituere voluerit. Iam  
Curas quasunque depono, animam meam in manus  
Salvatoris mei Iesu Christi commendo, me compo-  
no, ut meum depositum inveniam; Viduam, propin-  
quos & cognatos Deo commendo, Mundana Mun-  
do, Ecclesiam & Dominos Collegas Christo, Au-  
ditores meos Divinæ tutelæ, me propitiæ Dei Mis-  
ericordiæ & gloriæ æternæ, cui immorior. Corpus  
meum iubeo sepeliri in sinu terræ Benignæ Matris  
cunctorum animantium. Quid enim melius cogita-  
ri potest, quam misceri terræ, quæ optimas & pulcer-  
rimas res non gignit solum, sed etiam ad usus huma-  
nos alit. In istius matris complexu ivavner usque ad  
extremum diem acquiescam.



L

**E**Xristi vita latus cum pace recedo,  
Et mihi jucundus mors mea somnus erit.  
Mors mea non mors est, sed dira mortis imago,  
In mortem moriar Christo supreme tuam.  
Mortem non metuo, moriens nec sentio mortem.  
Per mortem vivo Christo benigne tuam.  
Et quamvis terræ meæ, membra sepulta tegantur,  
Ex gelida tandem morte resurgo tamens.

I 3

Hoc

Hoc mors Christe facit tua, qua me vivere fecit,  
Mors tua magna salus, mors tua vita mea est.  
Vivo tibi, moriorq; tibi, tibi denuo vivam,  
Et promissa colam regna beata poli.  
Nunc igitur morior, tandem ut de morte resurgam,  
Summe animam manibus suscipe quaeso, DEVS.



II.

Verteuschet durch CHRISTIA-  
NUM GILBERTUM, Th. D.

Pastorem Vlticanam.



Als trawrig Leben ich / In Fried vnd Freud verlasse/  
Vnd meinen süßen Schlaf / Durch meinen Tod nun (fasse/  
Mein Tod ist mir kein Tod / sondern nur des Todes Bild/  
Weil Christus mir sein Tod / Des Vaters Zorn gestilt.  
Ich fürchte noch fühle nicht / Den Tod / ob ich gleich sterbe /  
Denn ich durch Christi Tod ein bessers Leben erbe.  
Vnd ob ich werden muß verscharrret in die Erd/  
Glaub ich / am Jüngsten Tag / mein Leib erstehen werd/  
Das macht des HErrn Tod / daß ich kan ewig leben/  
Sein Todt thut mir das Heil / vnd bessers Leben geben.  
Drumb sterb vnd leb ich dir / hier vnd in Ewigkeit/  
HErr Jesu gib du mir solch Lebens Herrligkeit.  
Drauff ich mich niederteg / vnd gern dem Todt ergebe/  
Bis aus des Todes Ohnmacht mich Christi Macht erhebe.  
Das wirstu thun mein Gott / vnd nennen meine Seele/  
In deine Vater Hand vnd stürhen Todt vnd Helle.

Vir

III.

**V** Ir Reverende, fidelis Amice, & Compater,  
 Eccur  
 Deseris in turbis hisce tuos socios?  
 Nempè quia hoc DOMINO placuit sic, &  
 mihi prodest  
 Illud idem; Iustus qui voluit DEUS est.  
 Irrita sunt, sunt vana, caduca, & inania certè (bet.  
 Omnia, quæ immundus splendida mundus ha-  
 Integra sunt, sunt sana, beata, perennia verè  
 Gaudia, quæ coelo JHOVA reposta tenet.  
 Ergò relinquo caduca libenter, & eligo certa,  
 Commendans CHRISTO cætera cuncta meo,  
 Vos facite interea fratres, quodcunq; requirit  
 Officium, & præses vester JESUS erit.

*In varijs angustijs & summo luctu  
 constitutus f.*

Johannes Malsus, Pastor Catharin. &  
 Ministerij Ecclesiastici Senior.

IV.

**F**atorum furor heu! quicquid superesse meretur  
 Terris hisce diu, procidit ante diem.  
 Sic & VOGLERVS Pyllos qui vivere in annos  
 Dignus erat subito funere raptus abit.

Funere

Præter præputus obit, qui suavis ad instar Alauda  
 Mellisonum sonuit, Carmen in ade sacrâ.  
 Non solum sonuit, diu per pulpita Verbi  
 & Dulcis melos, faciens plurima lucra polo,  
 Verum etiam vixit magnâ pietate Sacerdos,  
 Nec ille Chrimpari nostri fida Ministerij.  
 Hinc meritò lugent sacrati pulpita Circi,  
 ad Haerosterg, chorus tristis fata dolet.  
 Sed quid sum luctus? Cur raptum morte floamus?  
 Corpus humo tegitur, spiritus astra colit.  
 Quin terris atro sunt cuncta obnoxia letho,  
 At hominis varijs obruta vita malis.  
 Ergo brutus erit citius qui concidit, & cui  
 Vitam felici claudere sine datur.

M. Johannes Cortzibue, Pastor  
 ad D. Jacob.

## V.

Stella Ministerij, Voglerus lucida, fulsit!  
 Occidit, ad nutum, lucida stella, Dei.  
 Occidit in tertis; in cœlis, luminis instar  
 Solaris, radio Splendidiore, micat.  
 Credimus invictâ, tenebris, hæc corpora, mortis,  
 Fulgida, semotis, nostra futura, fide.  
 Roboret illa fides, exempto, corda, dolore,  
 Tristitia, læticijs exhilaretq; pijs.

M. Tobias Cuno, Ecclesia Petrina Magde-  
 burgensis Patrie Pastor.

Jamque

**J**Amque DEI mage clementem nobis fore dextram  
Tot sperabamus supplicibus precibus.

Tam denso patrum, matrum, juvenumq; senumq;  
Natū & natarum funere conspicuam.

Ast en plebs hæc non satiabitur iris!

Ipsa pij instituit summa ferire status.  
Maxima patrata culpæ pondo esse necesse est.

Quæis tanta accita est vindicis ira Dei.  
Et tu mi **CHRISTIANE VOGLERE** ô Dulcis amice,

Qui cum velle fuit par mihi, nolle fuit.  
Velle bonum - verum temploq; scholæq; salubre:

Nolle malum falsum his exitiosa bonis.  
Quem Castus verè candor, quem dextra fidesq;

Et pectus niveum, frons & aperta nimis:

Quem veræ Fidei sincera professio & ardor

Arcendi hæreticas mente tenace plagas.

Quas vel Calvamanus, aut vis Romana, Novatrix

In tanto ve ausa est tendere crypta gregi:

Tum mihi, tum cunctis concordifœdere honestis.

Et **CHRISTO** sanctis junxit amore pari.

Tum mi, inquam, **CHRISTIANE VOGLERE** ô Dulcis

Tertius in sacro jam numerare choro, (amice

Quem seve stravit grassans violentia pestis

Balantique tulit vis truculenta gregi.

Otinam illius tot tantaq; vota supremi

Sancta semel quissent flectere jura patris!

O utinam invisa Syrraxeos ultima met a  
 Nobis te vivo conspicienda dat a !  
 Sed fuit in votis aliud fatisque vicissim ;  
 Quae nobis placita heic , displicuere Deo.  
 Ergo aliud restat nil , quam pia dicere verba  
 Et voto altitroni iussa probare Ducis.  
 Huic placuit ? placeat : voluit ? sit nostra voluntas :  
 Sic statuit ? firment nostra statuta fidem .  
 Ergo quiesce ( olim o noster ) CHRISTIANE MAGISTER  
 Et frui aeterni cultu oculisq. Dei.  
 Agmina pavisti baculo quia sancta fidei ,  
 Pastorum princeps digna labore dabit.  
 Lustra tibi ac onera in commissam expensa catervam  
 Sectorum parient na sine fine decus.  
 Sacram , firma fidesq. mens quam conscia recti  
 Clausit , militiam texta corona manet.  
 Justitiae multos docuisti recta supernae  
 Lucebisq. sacro fulgida stella polo.  
 Hanc tibi gratamur calamo , ore ac corde salutem ,  
 Ossibus optantes mollia fata pijs.  
 Nos tu CHRISTE fove toto tibi corde sacros ,  
 Atq. diu electo sac superesse gregi.  
 Dic tandem Angelica falci : satis o satis esto !  
 Sat lacrymosa seges , sit modò messis ovans ,  
 Divino quae cepta tuo pia nomine iura  
 Inviictum accipiant robur amicitia ,

Trinunt

*Trinuni quo Jubila, Jubila, Jubila Regi  
Juncti, animo & leta voce sonemus, Amen.*

Pio affectu ac desiderio tristi fusa

à

M. SIGISMUNDO EVENIO, Gymna-  
sij Rectore.

VII.

**V** Ade bonis avibus: consuetum est dicier illi,  
Cui peris, ut felix ingrediatur iter.  
Contigit hoc Vogelcre tibi, tu terque quaterque  
A divo faustum Numine nactus iter.  
Alite tu verè ætherio comitatus ad astra,  
In cœlo vivis, gaudia teq; manent.  
Nam quibus est ætas præsens minùs æqua Ministris,  
Aurèa lux illos excipit atq; fovet.  
Ergo bonis avibus vadis, Deus avocat isthinc,  
Isq; suos voluit te subjisse lares.  
Præstet id omnipotens mox ut quoq; synchronus ipse,  
Ad cœli sedes, Patri volente, ferar.

à

IOHANNE BRANDIO, Ad Spiritum S.  
verbi divini Ministro.

VIII.

**B**URCHARDU S nuper, nuper BLOMTHALIIS, ambo  
Membra Ministerij chara obière tui,  
Parthenopirga; sed heu! VOGLERU S, baccina Templi  
JANE tui clangens, penè secutus abit.

K 2

Tertius

Tertius Hic Collega, mihi quam surripuit atrox  
 IHOVA Mors olim sic statuente MEO.  
 NESNERUS, nostra Pastor fidiſſimus Aedis,  
 Et CICELERUS, ſervus iſe ipſe DEI.  
 Rupturam magnam! Quamvis vix unus & alter  
 Plores & ex animi mente gemente ſleat.  
 Sic Mundo verbi ſordent Praconia, dudum  
 Omnes extinctos Turba inimica cupit.  
 Cum proprio forſan damno: Nam plurima vatum  
 Sacrorum Mortes exitia excipiunt.  
 Hoc ſacra hoc memorant documenta profana, videbit,  
 Si vel luſco eadem lumine luſtres, Anus.  
 At miſſa haec fieri praſens vult hora, monetq;:  
 VOGLERUS Carmen, Nania, Leſſus erit.  
 Collegi Senior noſtri digniſſimus audis,  
 Immo Miniſterii mente fideq; Pater.  
 Hic tricies ſemel exactos meritiſſimus annos  
 Praeco Iohannae cominus Aedis ovat.  
 Crimina confeſſus quoties, Solamina verè  
 Auribus atq; animo mellea verba bibi.  
 Conſilio Pater & Frater mihi, rebus Amicus  
 Certus in incertis, fidus Achates erat.  
 Catera qui neſcit, legat haec, qua Suada propinat  
 GILBERTI docto lugubris ore mei.  
 Tu verò nove Myſta Dei, caeleſtibus apte  
 Spiritibus gaude, plaude, perennis ave!

Tui in morte etiam amantiſſimo  
 Collega & Compatre

M. PETRO HECHTIO.

Exame

**Trawr vnd Trost Gesängelein vber  
dem frühezeitlichen aber wolsehlichen Abschied:**

H. M. CHRISTIANI VOGLERI

Im Thon:

Wo ist mein schöner Fürst vnd Herr hin  
kommen/etc

Relicta Vidua moestissima.

**Die hochbetrübt Witwe bringt ihres Herzens  
Seuffzer also / wie folget  
herfür:**

1.

**M**ein Angst vnd Noth ach Gott ich klag von Herzen /  
Wie auch mein groß Elend vnd bitterm Schmerzen /  
Der schnelle Tod/  
Wells gefallen Gott/  
Hat mir gebracht solch Trawrigkeit ins Herze.

2.

Mir ist verwundt mein Herz vbr alle massen/  
Vor Angst nicht weiß was ich thue oder lasse/  
Groß ist die Noth/  
Römpt abt von Gott/  
Geh mir gedult mit Trost mich nicht verlasse.

3.

Das bringt grossen schmerz wann Ehrent scheiden/  
Die recht Christlich gelebt in Ehlichen Trewden /  
Ach dieser schmerz  
Schneidt durch das Herz/  
Ach warlich / herzlich weh thut solches leiden.

R iii

4. Ach

4.  
Ach wie kan doch der Todt so trawrig machen  
Wann er erfüllen wil sein hunrign Rachen  
Tödt Menschen Kind  
Wie er sie find/  
Kehret sich nicht an trawren oder lachen.

5.  
Wenns ihm aus vrsach nur Gott thut vergönnen/  
Vnd wil Menschlich Leben nicht mehr verlengen/  
Scheußt er sein Pfeil/  
In grosser ehl/  
Führet sie hin ins Grab mit grosser menge.

6.  
Ach mein Herk hastu mir so sehr betrübet/  
An meinem lieben Herrn dein macht geübet/  
Ihn todt geschlagen/  
Das muß ich klagn/  
Solchs rich vnd meine Freunde hochbetrübet.

7.  
Zu dieser zelt sah ich dich noch nicht gerne/  
Wündschet möchst gewesen seyn gar weit vnd ferne/  
Warst aber hier/  
Vnd raffst weg mir/  
Mein lieben Herrn/den ich behalten gerne.

8.  
Ach/Gott/Ach Gott/was sol ich nunmehr machen/  
Wie sol ich nun anfangen meine Sachen/  
Nach Gottes Will/  
Ich wil seyn still/  
Mir ist vergangen mein Tröligkeit vnd lachen.

9.  
Sol ich mich nun zu tod weinen vnd grämen?  
Ach nein/ mein lieber Her nicht widerföhme/  
Nach

Nach seim Elend/

Ein seligs End/

Er hat erlangt/sein Leid in Frewd verkehrt.

10.

Von Gott in Ehr vnd Frewd er mir war geben/

War auch mein Trost vnd Frewd in diesen Leben/

Er ist dahin/

Sein bester Gwin/

Ist sterben worden nach Gottes Willen eben.

11.

Er ist wol selig von mir abgescheiden/

Das lindert mir zwar Trawren vnd auch Leiden/

Herr nach dein Will/

Ich halte still/

Ach steh mir bey tröstlich auff allen seiten.

Pie in Christo Defunctus hilce verbis alloquitur  
moestissimam maritam.

**Der S. Verstorbene Herr redet seine hochbe-**  
**trübte hinterlassene Ehefrau**  
also an.

1.



Erghlichster Schak/hört auff zu trawren vnd klagen/

Wegn meines Abschieds thut ja nicht verzagen/

Weil der gschehn ist/

In Jesu Christ/

Vnd kommen wahrn meins sterbens Zeit vnd Jahren

2.

Ich fühle groß Mattigkeit in meinem Herzen/

Gar hefftig mehrt sich meine Angst vnd Schmerken/

Ich

Ich rieß zu Gott /  
Hilff mir aus Noth /  
Wenn dir's gefelt / wollst mir mein Pein verkürzen.

Da ich nu mit dem Tod sieng an zu ringen /

Hört ich in mein Herzen die Stim erklingen /

Beschick dein Haus /

Nichts andrs wird drauß /

Dein lebn wirstu diß mahl nicht davon bringen.

Weil ich nun dieß Stim in meim Herzen hörte /

Ich mich zu meinem Gott mit Andacht kehret /

Sprach Jesu Christ /

Mein Trost du bist /

Der mir ein seligs End alsbald bescheret.

Ich sprach ach Gott thu dich herzlich erbarmen /

Meins hergliebsten Schatz nim sie in deine Arme /

Steh ihr stets bey /

Trost / Hülff / verleyh /

Gib das sie nicht vor Trawrigkeit auch sterbe.

Wie gerne wolt ich lenger bey euch wohnen /

Wenn mir der Tod das lebn nicht het genommen /

Ach mein Abscheidt

Bringer groß leidt

Was hilffes / zu Gott im Himmel bin ich kommen.

Ich bite Gott woll euch nun allzeit bewahren

Ich bin in Fried vnd Freud dahin gefahren /

Ins Himlisch Gzelt

Aus dieser Welt

Ewige Freud vnd Wonn ich nun erfahre.

8. Hiernit

Nemte wil ich euch Gottes schatz befehlen/  
 Die wolt euch nicht so sehr mit Trawren quelen/  
 Der euch erlöset/  
 Geb euch auch trost/  
 Ihr könnt mich nun zu euch nicht wiederholen.

**Der Autor beschleuß mit diesen sehnlichen**  
**worten/schließlichen aussonderlicher cons**  
*dolenz also :*

1.  
 Ich hab mit grosser trawrigkeit vernommen/  
 Daß der Todt unverhofft zu euch ist kommen/  
 Hat ewren Herrn/  
 Mit sich gar fern/  
 Von euch nach Gottes willen weggenommen.

2.  
 Das hilffts ihr könnt nun nicht wider Gott streben/  
 Er hat ihn euch zu ewrem Eh Herrn geben/  
 Ihn ist gar woll/  
 Ins FreudenSaal/  
 Hat grosse Freud vnd Wonn im Ewigen Leben.

3.  
 Also thue ich dieses Gesänglein schliessen/  
 Ich hoff gewiß es wird niemand verdrießen/  
 Gott geb dem Freud/  
 Die trawren Leid/  
 Laß sie seins reichen Trosts vnd Hülff genießen.

**NICOLAUS PORMANNVS,**  
 Pastor ad D. Gertrud. & Symmista  
 ad D. Iohann.

X.

**O** Pestis, Deus est testis, quam sœva fuisti!  
Sunt Testes iridem CURIA, TEMPLA,  
SCHOLA!

Testantur luctus, redimitaq; tempora peplis;  
Exequiæ & quas tot Parthenopyrga videt  
Multiplicant Homines etenim sua crimina, JUSTUM

Cernimus hinc pœnas multiplicare, DEUM.  
Heu quot pestifera passim contagia labis

Abripiuere homines, & magis abripiunt!  
Mars furibundus item toto jam sœvit in orbe,


Adde famem, & cernes terna flagella DEI.  
Perventum ad summum est: jam mundi instare rui-

Anguror, & probat hoc pagina sacra satis, (nam  
O ter felices animæ quæ carne soluta

Migrâre ad sedes, Christe benigne, tuas:  
Contigit hocq; tuis CHRISTIAN VOGLERE,

Manibus, & corpus molliter urna tenet. (beatis  
Vos ergo manes salvete & ritè va lete,

Quos mors disjunxit junget in axe DEUS.



*Ad Mœstissimam, piè Defuncti, reli-  
ctam Viduam.*

**D**u ihr Frau Magisterin/ thut so sagen!  
In tieffen seuffnen trawren vnd wehklagen/  
Das der Leib ewes Herren in die Erden  
Gesezt must werden!

Colch

Solchs wird zwar niemand können euch verdienen/  
 Daß sich drob ewer Herr also ihut freuden:  
 Weil sonst kein größter schmerz unter der Sonnen  
 Nichtes aufgenommen/  
 Als wenn zwey Herzelein mit Ehlichen Banden  
 Vereinigt/erwiltich deysammen gestanden/  
 Einander recht Ehliche treu erzeiget/  
 Wie sichs recht eignet.  
 Werden aber durch Todesmacht zerrissen/  
 Als dann mit Thränen off die Augen fließen/  
 Dessen/welchs im Elend wird hinterlassen/  
 Betrübter massen.  
 Das habt ihr auch Frau Magistrix erfahren/  
 Weil Gott Ewern Herrn in sein besten Jahren/  
 Durch den Todt/(aber doch zu seinen kommen)  
 Von Euch genommen.  
 Was ihr dadurch für vnheilbare Wunden/  
 In ewrem betrübten Herzen empfunden:  
 Ist/(daß ihrs nimmermehr werdet vergessen/)  
 Leicht zuermessen.  
 Doch so werdet ihr euch gern sagen lassen/  
 Daß ihr sollet erawren Christlicher massen/  
 Denn Ewrem Herren ist sehr wol geschehen/  
 Ihr müßts gesehen.  
 Hier hat er in gefahr zu allen zeiten/  
 Mit soviel Feinden/stetig müssen streiten/  
 Viel Hergenleidt und Anfechtung ertragen/  
 Mit weh vnd klagen/

Ach wie manch Trübsal ist ihrt die begegnet/  
Da es offte Jammer vnd Elend gereget/  
Nun ist Er aus der Angst/ so ihn gebissen/  
Genslich gerissen.

Der Seel ist auffgethan die Thür zum Leben/  
Denn sie ist in Gottes Hände gegeben/  
Sie wird erquicket mit rechte Himlischer Speise/  
Im Paradiese.

Der Leib ist Christlich in die Erd verscharet/  
Die Seel ist bey Gott vnd daselbst erharret/  
Die Zeit/ da Gott wird vngeschickte sachen/  
Ganz richtig machen.

Als dann wird Gott/ wenn seine Klopfen klingen/  
Mit grosser Freud wieder zusammen bringen/  
Leib vnd Seel mit fröhlichen jubiliren/  
In Himmel führen.

Da wird Er leuchten wie die helle Sonne/  
Die Ehren der Ehen tragen mit Freud vnd Wonne/  
Mit allen Auserwehlten da grünen/  
Gott lobn vnd rühmen!

Das wolt ihr/ betrübte Wittwe/ bedencken/  
Vnd euch ja selber nicht so sehr krencken/  
Gott wirds euch alles helfen überwinden/  
Ihs werds empfinden.

Ach mein HERR Jesu/ hellleuchtende Sonne/  
Süß bist betrübte Hers mit Freud vnd Wonne/  
Der Wittwen Vater/ Richter vnd Vormunder/  
Sei auch seunder.

HEX

Dei x Jesu Christe wolle uns ja bey stehen/  
Weil diese Welt trewet vnter zu gehen/  
Errett uns Herr Jesu durch deine Gnaden/  
Von allen Schaden.  
Bring uns auch endlich ins Ewige Leben/  
Dadu wirst reichlich alles wieder geben/  
So wollen wir als dann ewig Jubiliren  
vnd Triumphiren.

*Condolentia ergò lubens adjecit*  
CHRISTOPHORUS THODAENUS,  
Diaconus Catharinianus.

XI.

I.

**A** Vrea Apollineæ tersum sapientia Cliūs  
Lectum jam Genium carmina nullus eat.  
Verum cui CURAE, LUCTUS, cui LACRIMA  
cordi est,

Huc sis SINGULTU cum GEMITUQUE. veni  
Manibus hæc sunt sacra Deis; Libitina labores  
Flaccida deposcit carminis hosce mei.  
De fore quocirca Cryptæ rapienda querela,  
Eq; sepulchrali gurgite danda venit.  
Vox igitur lacrimosa tuas quoq; flagitat oris,  
O lector, nostris cum lacrimis lacrumas.

Materiem variè variam, largam segetemq; dolendi  
Lugendiq; ferunt tempora temporibus.  
Ampliter accrescunt multorum augmenta horren-  
da malorum

Hinc quo cum pleret Mens pia semper habet.  
Annonæ venit esuriemq; famemq; sitimq; minati  
Ferreca durities: hinc dolor, hinc lacrumæ.  
Pugnaci bellax animo sumta sibi casside Mavors  
Infremitatq; rapit: hinc metus, hinc gemitus.  
Quin Somni Germana soror quoq; Mors homicida  
Et rapidè & rabidè morbida sævitie. (trucidat  
Hinc calor atque color refugit, vultusq; oculosq; re-  
Cunctorū pluvio lumina rere madent (linquit,  
Pestifero siquidem sua tela L u E s contagia motu,  
Mente ferâ, simul & dente fremente, vibrat.  
Quænam ea conditio? vitæq; genus? quis & ordo su-  
Integer evasit, nec sua membra gemit? (perstes  
Quis non quid sensit duri, adversiq; maliq; nociviq;  
Has inter strages, prælia dura, Necis.  
Oeconomia suas, Politia suas reliquas refugasque  
Vitas & Mortes calculat, atque gemit?  
Enthea cui curæ cordique est mysticus Ordo Supremi  
Dogmata consensu dexteriore legi,  
Quin & hic enumerat Mortam numerum, seriemque  
Tripliciter furvâ comminuisse nece. (serenam  
Nec CHRISTIANE tuâ tu Christiana Pietate fuisti  
Clothûs falciferæ tutus ab insidiis,

Sed

Sed CHRISTIANE tuâ sat Christianâ Pietate fuisti,  
 Et mage NUNC remanes tutus ab insidiis.  
 Nam tua te Pietas è non Pietate cachinnatorum  
 Abreptum patridæ pertrahit inde fecis:  
 Cœlicolasque inter medios, medios recinentia cœ-  
 Agmina felici dexteritate locat, (tus  
 Sed tardas quid necesse moras? metricæ septemplice  
 Musæ

Quid traho distentus, quid retrahorvè pede?  
 Ergò sepulchrales defuncti terrea corporis artus  
 Fragmina, tuque Animæ Sidus Ave atque Vale!

3.

Non parca Parcæ numina,  
 Plutoniæ Proserpinæ,  
 Jurata & infensissima,  
 Genimina Mortualibus,  
 Cui quæso? cui? cui parcitis?  
 Regum potentiorum  
 Solidas præalta turres  
 Aurèo propinqua fermè  
 Aurata tecta Phœbo  
 Passu pari, pedumque  
 Insultibus malorum  
 Superbioribusque  
 Ferocioribusque  
 Rabiosioribusque

Sat fortiter, sat firmiter,  
 Sat duriter, sat diriter,  
 Sat acriter & hostiliter,  
 Rapaciter, velociter,  
 Pulsatis & contingitis  
 Turbatis & confringitis

Vex atq

Vexatis & conscinditis:  
 Foret sat attinge forent,  
 Si pauperum minuscule  
 Vestesq; duriusculæ,  
 Tam diriter quod stringitis  
 Tam cuncta per- quod finditis  
 Tam triste per- quod rumpitis.  
 Non parca Parca numina

Cui quæso? cui? cui parcitis?

Rabiositate vestra,  
 Immanitate vestra,  
 Hostilitate vestra,  
 Ferocitate vestra,  
 Vestra ferocitate,  
 Protervitate vestra,  
 Vestra protervitate,  
 Feritate plus herina,  
 Fortissimi virorum,  
 Lectissimi virorum,  
 Bellissimi virorum,  
 Dulcissimi virorum,  
 Rectissimi virorum,  
 Amplissimi virorum,  
 Doctissimi virorum,  
 Sanctissimi virorum,  
 Meritissimi virorum,  
 Cæduntur & petuntur,  
 Jugulantur & necantur

Non parca Parca numina

Cui quæso? cui? cui parcitis?

Hos inter, unguis efferos  
 Latere vestros non fuit  
 Pote, sed prehensa spiritum

VOGLERIANA Mens suum

(dolor ah!) pia pientissimum

Comprensa, pressa, caesaq;

Emitit, efflavit, dedit

TER OPTIMO, TER MAXIMO.

Sed interim vos rancidæ

Non parca Parca numina

Cui quæso? cui? cui parcitis?

I V.

Non ego me memini vidisse Charontis Amicum

(Indignant Mortis nomine, sive Necis.)

Remigio alarum solerti piæus Apelli

Quod fuerit, circum pennâ - agitante levi.

Verum clumbisque enervisque, exanguis imago

Vultûs, ut facies & cariola fuit.

Quâ ratione, viæ igitur per saxa, per ignes

Et per inane volat, perque solum atque salum?

Resp.

Aequore terrestri volat, ærio, atque marino,

Pennigerumque necat, squamigrumq; genus.

Atq; truci sicelice hominum secat agmina, campi

Fornifecæ veluti gramina floriferi:

Sed non Ipsa tamen Mors præpere adacta volatu

Terrarum tractus traiecit omnigenos;

Internè verum CORRUPCIO acerba noverca

Primæva invasit climata cuncta vorax.

Illa etiam HANC VOLUCREM, HUNC VOLUCREM

mala surpuit, Illa

Occidit VOLUCREM HUNC: occidit haud

VOLUCRIS.

M

Occidit

Occidit haud VOLUCRIS corrupta; at Corruptorum  
Erepta terrificis coetibus, astra petit.

VOGLERE Sacrae Veritatis. candido  
Nos inter olim cultor, & Praconii;  
ILLIUS alta fiderum gemmantra  
Qui freta prapotentē dextra candidit,  
Vox elevata personans, prout addeceat,  
Sublime pectus, anima foeta coelitum,  
Solertizque perspicacis accola,

Tu nunc pie tenebricofioribus  
Abreptus haud bellae notae de seculis  
Nitidos beatae lucis incolis sinus.

O te Beatum, T E Beatum ter quaterque  
Et septies beatum ego cantaverim!

Terrena linquendo fugis tu pede loca  
Celeri citatoque admodum velocior:  
(Mala namque regnant pessimorum pessima  
Male-feriata comprobant quae jam cohors.)

Petis astra castra SANCTITATIS coelica,  
Vbi rostra te clamantium nec civica  
Vbi astra te boantium nec rustica  
Vbi bella nec pugnantium ferocia  
Clamore concito, fremore turgido  
Strepitu, tumultu, male-beatu- dulcibus  
Te commovent, nedum impiē conterrant.

O vos beatos, o Beatitudinis  
Vestras bonae, bonas Beatitudines,

Mundana

Mundana quos non amplius rabidissimè  
Non-munda larratu canino lancinant!

O plus Beata septies vos CIRCULA!

Onos Beatos! ô Beatitudinis

Nostros bonæ bonas Beatitudines,

Quando hisce subtracti malum nubeculis

Ligante vestris vinculo cantantium

Et nos chorèis perpetim conjungimur!

O TUNC BEATA MILLIES NOS PECTORA!

JOSEPHUS GVILHELMI

Diacon. ad D. Petri Mag-  
deburg.

XII.

**Q**uam bene Grajugenis illis, qui sisdere dextro  
Dudum denati! Qui tot tantuq; periculis  
Exempti, quaquaversum queis tangimur omnes,  
Et premimur variè! fabatur turba relicta

Quondam Corinthi, postquam crudelior, iras  
Mars exercebat memores, certamine longo  
In brevia & syrtis abigens perterrita corda.

Quid? si nos aqua libremus lance malorum  
Nostrorum pondo, pensantes dira pericla

Plena foris, & plena domi, nonne ore licebit,  
Exclamare quidem, nonne ingenueq; fateri:

Quam bene Christigenis illis, qui morte perempti  
Tamandum placida! Queis Christus vita, salusq;!

*Quos pressant minimè tot tormina, tanta malorum,  
Tanta crucis varia, quæ præsens vita redundat!*

*Quàm bene sanctæ etiam tibi, quàm bene, quæso vi-  
cissim*

*O VOGLERE decus præcellens Orbis & Urbis  
Nostra, qui pariter vadimoniamortis obisti  
Sancta tua, designatus novus incolæ cæli  
Post res prosperiter gestas, curisq; solutus  
Innumerus, & mille malis, & mille periculis!*

*Turba superstes nos hæc pessima secla moramur;  
Tute polo gestis, fersq; immortale brabejon.  
Nobis hic lacruma, suspiratusq; perennes;  
Te tenet aula nitens, plausus recreantq; frequentes.  
Nos hostes tangunt & angunt, noxia turba;  
Te Benedicta Trias complexibus indivisa  
Ornat, Cælicolum & circumstant agmina semper.  
Nos ferè cottidiò morimur; tu vivis in ævum.  
O iterum bene Christigenè, qui morte peremti  
Iam dudum placidâ, quævis Christus vita, salusq;!*

EPITAPHIUM.

*C*hristianus Voglerus erat CHRISTIANUS, ab omni  
CHRISTUM parte sequens; Omnia Christus ei.  
Ejus vita fuit verè CHRISTIANA, proinde  
In CHRISTO vivit, sic in eo moritur.  
Nec dubium, quin cum sanctis nunc libera cælo  
Mens ovet in gremio CHRISTE benigne tuo.

*Inter lacrimas & suspiria scribebat  
M. ZACHARIAS MOSERUS.*

*Qui*

XIII.

**Q**ui toties enervasti *VOGLERE* Leonem,  
 Ne vafra incautum perderet arte gregem:  
 Qui toties fessos verbis mulcere solebas,  
 In dirum ruerent ne pia corda scelus:  
 Qui multos miserè seductos ore reducti,  
 Præmia pro tanto digna labore tenes.  
 Derides mundum & vana spectacula mundi,  
 In quo nil mundum & præmia nulla pijs.  
 Non tibi cum Satana vel mundo aut sanguine lucta est,  
 Est tibi porta salutis, est tibi porta quies.  
 Non curas quis styx se jactat flumina, laudes  
 Divinas tuus est jam resonare labor.  
 Quiq; levasti olim suar i modulamine presbos,  
 Es in conspectu jam Philomela Dei.  
 Quiq; illustrasti Patriam virtutibus omnem,  
 Iam fundis radio splendidiore jubar.  
 Quam tua quam felix est permutatio, linguis  
 Terras sed cælum pro pietate capis.  
 Quam vellem mihi contingat mutatio talis,  
 Quem jactat miserè fors mala, turbo premis.  
 Sed sperabo tamen, dabit his *CHRISTUS* quoq; finem,  
 Quæ minus hora hodie est cras erit apta ma-  
 gis.

IOACHIMUS POMARIUS,  
 inter typos fundeb.

**T**riste quid ah memorem ? quam me dolor al-  
tus oberrat ! (paras !)

Invida quam mihi mors noxia damna  
Quid miser inceptem ? quo me hâc sub mole  
capeſſam ?

Non mihi nunc omni parte levamen adest ?  
Quid mea Musa doles ? macerant qui pectora luctus ?

Quæ tibi fors palmas iniicit ægra truces ?  
Parthenopes clarus divino dogmate Myſtes

Occubuit : magnum flete, dolete Virum.  
Plangite Pierides pangentes triſtia Muſæ

Carmina ; nam veſtrum gloria multa cadit.  
Plange ſimul cui conſilio, auxilio, officioque

Præfuit hic ; tibi nam firma columna ruſit.  
Plangent Religionis amor ſi quos tenet, alta

Mente trahant gemitus condoleantque nimis.  
Namque huius cultor (prohibet quis dicere verum)

Ingenuus magnâ dexteritate cluit.  
Defenſor veri fuit invictiſſimus (Euge !)

Et reprobans quicquid fabula anilis habet.  
Hæreſis aſt alios quando temerata trahebat,

Carpentes huius dogmata docta Viri ;  
Ipſe ſui aſſertor ſummo conamine, punctum

Scriptoris graviter ſic tulit omne boni.  
Hinc templum varijs ut planctibus intonat, Eheu !

Præceptum ſpectat dum ſibi tale decus.  
Fundere nec ceſſat leſſus afflicta piorum

Turba, videns Præce quod ſibi tantus obit.

Tota

Tota dolet, lacrimas gestit producere tota,  
Seque hinc iratum sentit habere Deum.  
Sed nostrę heu surgunt incommoda quanta Camene,  
Quam rumpit questus Hoc obeunte Viro!  
Musarum dexter Patronus iugiter audiit,  
Promtus erat, si quis sollicitasset opem.  
Quam numerosa Huius gens est experta favorem!  
Non minus id celebrans nostra Camæna refert.  
Ah ixit quotiens libris nos ipse levatum!  
Inque alijs lætus quanta petita dedit!  
Hoc igitur moriente, simul studia ipsa rigescunt  
Nostra, & ceu madidis lapsa feruntur aquis.  
O iactura nimis! (proh flendum!) vulnera magna!  
Vulnera quæ nullis sunt reperanda modis!  
Differe quæso tuis olim Clarissime Mystra:  
Tâm citò te ut rigida fata tulère necis?  
Non satius JHOVAE sacro inservire popello?  
Et nostrum studijs consuluisse diu?

M. CHRISTIANUS VOGELERVS

*Αναγπαυμης Δεσ.*

RAMULUS IN CHRISTO VEGES.

Nonne mihi cura una fuit per vivere totum:

RAMULUS IN CHRISTO perpetuò esse VEGES?

Hinc & IHOVA sui clemens miseratus alumnum

Me solvit, CHRISTO consociatque meo.

O lepidam atque piam mentem vereque beatam;

Quæ gaudes CHRISTI RAMULUS esse VEGES!

Non

Non unquam mala pervertit fructificatio mentem,  
Nec mundi fraudis tela nociva, tuam.  
Fructibus, ut RAMUM VEGETEM, quos ritè probavit  
Dogma Dei, nunquam te caruisse juvat.  
Ergò ita nunc dignè cœli translatus in oras,  
Et CHRISTO felix ad sociatus, ovas.  
At donis totiens nobis largite fruiscei;  
Quis facilem studijs Te exhibiturus eras:  
Ex animo nostri quam Tu labore vicissim;  
Antè petet liquidos æmula terra polos.  
Te simul & Pietas, Probitas, Doctrinaque Lausque  
Religiosè animis ingereturque pijs.  
Te IHOVÆ fidum resonabimus ore ministrum,  
Dum vitale aliquid corpora nostra regit.  
Et quia sic Domino placuit, finemque dolorum  
Attulit, è requie haud Te revocare placet.  
Addimus hæc: cineres habeat benedictio dia;  
Molliter ut recubent, neu mala fata gemant,  
Denique post requiem quò sit tibi surgere lætum,  
Vivere cum CHRISTO sit quoque dulce Tibi.  
In virideis RAMOS loca & inter amœna locatus  
Plaudes cum sanctis angelicoque choro.  
Hanc Tibi gratamur grato de pectore venam:  
RAMULUS IN CHRISTO sis manasque VEGES.

*Mæcenati suo olim maximo unico, nunc  
desideratissimo*

*apponebat*  
Simon Dachius, Memmelenfis  
Borussus.

*ANA-*

ANAGRAMMATA.  
IN NOMEN PIE DEFUNCTI CONIECTA ET  
CONSCRIPTA AB AMICIS.

I.  
M. CHRISTOPHORI HEROLDI,

Anno 1618.

CHRISTIANUS VOGELER

In Iambico Dimetro.

HIC TU SERENUS GLORIA.

V OGLERE, à CHRISTI TIBI NOMINE no-  
Gurges dedit Baptismatis. (mina dignè  
O mmino CHRISTUS doctrina est norma beantis,  
Quam MAGDEBURGÆ publicas.  
G audet PARTHENOPE tam sano dogmate; gaudet,  
Cum celsa rangis pulpita.  
E loquij nervum Tibi Jhōva insertat abundè,  
Quo corda vincis ferrea.  
L ubrica Sectarum solide commenta refutas,  
Fanaticosq; respuis.  
E A G vita tua doctrina consona: Zelus  
En te LUTHERI roborat.  
R obur id opto, diu perstet, CHRISTJANE: VIGE-  
HIC TU SERENUS GLORIA. (BIS

II.

JOHANNIS PAVONI, Hildesh. Med. Stud.

I.

CHRISTIANUS

nāt. avazg.

CHARIS INTUS

N

2. CHRI-

2.  
CHRISTIANUS VOGLERUS  
OH E NISU SURGIT CLARUS

**C**HRISTIANE, enad te mea sese oratio vertit,  
H erōc ō patriæ splendor, quem clarat apertis  
R umor ubiq; tubis, cui mellitissima Peitho  
I NTUS inest triplexq; CHARIS Geniusq; Minervæ;  
S ufficeret mihi si modulaminis autor Apollo,  
T hespiadumq; favor metra, Te sat versibus unum  
I nnumeris colerem: Virtus tua nempè meretur  
A rguta Ellogij dona; ō si spiritus esset  
N unc mihi divitior, fieres mox Ilias ingens  
U ndiq; namq; liquet, quod de meliore metallo  
S citè efformârit Te provida dextra Promthœi

**V**ersârisq; quod egregias feliciter artes (crati  
O mnimodosq; Sophum monitûs; Quin immo sa-  
G naviter imbibere quod dogmata coelica verbi  
L auta proinde tuo proponis pabula ovili,  
E NISU q; isto, ceu Nominis Omina distant  
R evera CLARUS SURGIS Mystesq; Jehovæ  
U oce salutaris mellitâ: OH, perge deinceps  
S plendorem venari. Haud te Venatio fallit.

III.

JACOBI RING.

MAGISTER CHRISTIANUS VOGELERUS. M

Per Anagram.

MATER GREGIS CHRISTI, LUEM SANO, USU.

Munia

**M**unia dia geris Vates honorande laboris  
 Myſta Dei verus, nobile volvis onus.  
 Fungaris officio matris ſacræq; cohorti  
 Chriſtiadū molles, ſuggeris æqua, manus.  
 Mater æcu curat natos, natasq; tenellas,  
 Verbo commiſſas ſic quoq; paſcis oves.  
 Sic etenim J O V A E placuit, ſic omine certum:  
 Eſſes morboſo pharmaca lata gregi.  
 Hinc veluti paſtor, pecudes de labe repellis  
 Sic ſalubri, ad vitam colligis ore gregem,  
 Intrepidè acclamas hoſtis molimina, virus  
 Illius & magnā commoditate fugas.  
 Pervigil erectis, arces contagia ſeptis  
 Excubitor Siren ne fera tentet oves.  
 Hinc meritò dulci de te ſic omine plaudis  
 Vera GREGIS CHRISTI Mater, amore vocor:  
 Filiolos curo, tradit quos Jova fovendos,  
 Dogmatis atq; uſu, ſano vigente luem.  
 Dij curret deinceps verbi, ſis præco ſacrati,  
 Ad requiem & cunctos voce tonante trahas.

IV.

CHRISTOPHORI REGII EIMBECCEN-

*ſis Poeta Laureati Caſarei.*

M. CHRISTIANUS VOGELERUS DOCTUM

EST ROSA PULCRA VIRORUM.

*Ἄνα γράμματις τῆς αἰ.*

CUR CARUS? DUM RORE PIO ALIT  
 COMMISSAS OVES! TURTURN' GELU?

**Q**uid nunc o Musa? non sic gestire soletis?  
 Is novus unde color? tam novus unde calor?  
 Forte quod huncce virum sollerter Apolline doctus  
 Fert animus parvo concelebrare metro?  
 Hac ratio gravis est nec inani pondere cassā;  
 Sed facio exiguis non facienda Elegis.  
 Huic mira est atq; huic magna est Pietatis honestas,  
 Hanc equare modis carmina nulla queunt.  
 Huic mira est, atq; huic magna est, Probitatis honestas  
 Quam cantare satis carmina nulla queunt.  
 Huic mira est, atque huic magna est Virtutis honestas  
 Quam cantare satis Graja Minerva nequit.  
 Suggeri est speculana qua serit aurea verba,  
 Nemo auditorum non animosa probat.  
 Quærit quis Domino CUR CHARU Scunctipotentis?  
 Hic DUM ALIT (æthereo dogmate) RORE PIO.  
 Quas sibi novit OVES COMMISSAS! pabula sana  
 Illis præbendo! res meret ista decus!  
 Nec te pœniteat quod pabula sana dedisti;  
 Perge tuum Pastor sic satiare gregem.  
 Nobile Pierio tunc crescet nomen in horto  
 Et dabitur Cælo pulchra Coronatibi.  
 Sed te Musarogo, mihi dic, mea pulchra: Maritam  
 Anne GELU TURTUR deserit ille suam?  
 Non o non! Sed eam tam æstat is tempore amore  
 Prosequitur quàm quum pressat in orbe GELU.

Sic sibi Commissas non linquet victus amore  
 Hic **CHRISIANUS OVES** pastor honore gravis:  
 Sive sit hic *Fortuna* delectabilis aetas,  
 Seu sit tristis *Hyems*, quae mala multa ferat.  
 Sed tibi *Mecænas*, hac forsā mira videntur,  
 Quod non nota tibi nostra *Thalia* venit?  
 Causa est in promptu: Facit hac mea curta supellex,  
 Atq. quod *Invidia* passus acerba fui.  
 Consule, *Amice*, boni cecinit quæ *Musula* nostra  
 Post tuus est nostro carmine vivet honos.

V.

**M. JOHANNIS BLOCHII P. L.**  
**M. CHRISTIANVS VOGELER AR.**  
**CHIDIACONAS.**

*Αναρπαγματις.*

**SANGUIS JESU CHRISTI CORDA**  
**RECURAT E MALIGNO!**

**E** Primi Patris errato & livore **MALIGNO**  
 Omnis vis hominum contemnerata fuit.  
 Sed **SANGVIS CHRISTI PIACORDA**  
**RECURAT JESU**

Ut sint à cunctis jam reparata malis.  
 O preciosa medela! ô nobile pharman! ex quo  
 Firmatus vivas mi **VOGELERE** diu!

VI.

Eiusdem.

M. CHRISTIANVS VOGELER

*Αναγπαυαλιδ.*

*Adjuncto unico E.*

CHRISTI MVNERE SALVVS EGO.

**Q**uicquid & Orbis & Orcus agatve paretve ma-  
lignè  
Quo noceat, CHRISTI MVNERE  
SALVVS EGO.

*Vivo etenim vitamq; decora per omnia ducens*  
Perpetuum CHRISTI MVNERE SAL-  
VVS ERO.

*Ergo licet, rumpantur ut ilia & Orbis & Orci*  
Quos flocci faciat Hic VOGELER VSErit.



VII.

Eiusdem.

MAGISTER CHRISTIANVS VOGILER.

*Αναγπαυ.*

MEA VIRTUS GLORIA CHRISTI, GENS.

**Q**uicquid agant alij, MEA VIRTUS GLORIA  
CHRISTI,  
Hanc mea GENS mea Mens querit ut astra  
petens.

M. Z. A.

II X.

M. ZACHARIÆ MOSERI,  
M. CHRISTIANUS VOGELERUS

Per Anagram.

AN LUGEO? SURSUM CHRISTE I.

**O** Moros hominum moves! ô tempora dura  
In qua servati turbare relicti sumus!  
Sed quid? Ego formido nil, AN LVGEO!  
SURSUM  
JesuCHRISTE sedes, cui mea, meq; dedi!

F I N I S.

